

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**De semine bono, ex terra bona fructus laboris, et artis
flos vernans in foecundis Helvetiorum convallibus exortus
harmonico XL. ariarum concentu**

Meyer von Schauensee, Franz Joseph Leonti

St. Gallen, 1748

Widmung

[urn:nbn:de:bsz:31-36239](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-36239)

CELSISSIMO, ac REVERENDISSIMO

S. R. I.

PRINCIPI
CÆLESTINO II.

EXEMPTORUM MONASTERIO-
RUM S. GALLI, & Ss. JOANNIS BAPT.
& EVANG. IN VALLE THURÆ

ABBATI

REGIJ ORDINIS VIRGINIS
ANNUNTIATÆ

EQUITI

DOMINO DOMINO
GRATIOSISSIMO &c. &c.



CELSISSIME,
A C
REVERENDISSIME

S. R. I. PRINCEPS, DOMINE DOMINE
GRATIOSISSIME.



Um iniquiore non nihil Musis Marte quaqua versum
infesto Scientiæ viderentur hinc, inde succubituræ,
Patria verò nostra, protegente DEo interim tranquilla
inter Pacis solatia eos progerminaret Viros, quibus
immortali sui honore, nec non incredibili Eruditi or-
bis commodo, & Bonarum Artium sincera Cultrix, & Summorum
Ingeniorum fœcunda Nutrix probaretur; ego quoque eodem in Pa-
tri-

DEDICATIO.

triam animo statui proferre quidpiam , quo mundus agnosceret , MUSICAM non minus , quàm cæteras Artes , genuinamque exactioris Harmoniæ scientiam in incultis alioquin Helvetiæ nostræ montibus , & florere , & suos reperisse Cultores , quibus in amoribus esset.

Atque hæc Ratio est , quæ hanc sibi Elucubrationem deposcebat ; quam dum ceu VERNANTEM FLOREM , Fructum scilicet Laboris , & Artis , tum in Italia , medios licet inter armorum strepitus , tum ab inde concessa ab armis requie domesticos intra parietes magis , magisque excultæ , contueor , quid justius ? quàm ut Eundem TIBI Celsissime S. R. I. Princeps præ cæteris destinarem , veneraturum Principalem DEXTERAM , Quâ Bonum antehac Semen Seminante primordia cæpit , & CUI proin meritò posthac omnis profectus , & fructus venerabundo gratificandi desiderio debeatur. Est quidem (quod & intentum non nihil remorari videbatur) FLOS VERNANS , quamvis quadragesies multiplicatus , oblatum exilius , quàm ut Illustrissimos sibi spondeat obtutus , Gentilitiõve ROSETO implantari mereatur ; at verò dum plerumque Summorum Principum Oculi non tam opus , quàm Boni Publici , Artiumque promovendarum Industriam spectant , meritò Illustrissimum sibi Patrocinium pollicetur FLOS ISTE. Pro quo Cultor , & Author humillimâ gratitudine devinctissimum se testatur , ac quoad vixerit , perennare desiderat

ILLUSTRISSIMÆ CELSITUDINIS TUÆ

Devotissimus , Obsequiosissimus

Servus

Franciscus Josephus Leontius Meyer,
de Schauenseé.

Sorbericht

X